



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§. 2. Impugnat Satan Sanctos, vt pirat a naues diuitiis onustiores, vaeuas vilesque despiciens.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53012)

Quæ tales sunt? clare vidit illos, qui dicebat. *Multiplicati sunt super capillos capiti mei.* Tot sunt, ut aliqui censuerint Sancti, quod aliquando, dum inter nos ambulat ad prædam, ipsos atamos excedunt, quos in solis radiis certissimos volitantes. Quid cogitas (quærit D. Chrysof.) quod diabolus magnus ille pyræa insequatur vilem animæ tuæ nauiculam, quæ fluctibus innatat, velut suber leuissimum. Quam tuæ passionis agitat ventus quocumque placuerit? Quid ad eum pertinet illa, quam cernit omni bono vacuum, sine charitatis auro, sine deuotionis argento, sine bonorum operum tapetibus, aut linteis? quid te curat, qui nescis, quid sit perfectum celebrare ieiunium, nec unquam unum sensisti lectum discipulorum, nec vnam facis confessionem integra contritione ornatam, nec vnam debita dispositione communionem, ita ut tuorum desideriorum ventus, & vanis tuarum voluptatum fluctibus susque deque agiteris? Quem vero videt virum sanctum, ut nauicem pulcherrimam, mille piorum desideriorum aplustris ornatam, ex portu orationis soluentem, Dei amore feruentem, proximi charitatis, mortificatione, penitentia, vitæ asperitate, preciosis virtutum linteis, & tapetibus Dei digito elaboratis præsecundam, hæc nanis est, in quam concurrere præterdit, adiuuere vult machinas ei, quem cernit de pacato altaris littore prodeuntem, diuitem & pulchrum: cuius merces sint, electorum frumentum, reliquiarum factus Sanctissimi Sacramenti; hunc procurat euincere, contra hanc suas omnes dirigit vires & adhibet astus pyræa scruissimus. Interim, dum Magdalena nauigat, ut couulsa nauicula, per ciuitatis vicus in plateas, sine clauo sine re aliqua bona, nullus eam persequitur. Porro quando ad ditissimas Christi pedum Indias appulit, illicque animam suam cælestibus impleuit thesauris, videbis, quod continuo totus in eam mundus conspiret. Murmurat Pharisæus, contra illam ut leo rugit proditor Iudas, & millem cacodæmones se opponunt, ut eam sibi subiciant. Sicque intelligo, quod sacri narrant Euangelistæ, quod quando mulier hæc piissima operi illo percelebri intendebat, preciosum vnguentum effundebat, quo Christi caput ungebatur & pedes, secundam vice, sex diebus ante eius passionem; Refert D. Marcus.

I.
Diabolus peccatores non persequitur.

Marc. 14.

II.
Qui sunt qui murmurant in Magdalenam, Domini, quibus videbatur, sumptus hos esse

superfluos, quos mulier faciebat in Christi obsequium, qui ab omni re simili prorsus erat alienus; & sic declarat D. Mathæus, qui hanc referens historiam, specifico dicit. *Videntes discipuli indignati sunt dicentes, ut quid perditio hæc?*

Nihilominus, verius crediderim; quod ex illis discipulis, solus fuerit Iudas, qui hoc opus indigne tulerit, ille contra eam ut furens leo infremuerit, Ita sentiunt D. Hieron. & D. Aug. & ita expresse indicat D. Ioannes, qui narrans hanc historiam, solum Iudam nominat indignandum & contra eam infremuentem. Si igitur ille solus fuerit indignatus, quod Iudas, quod D. Hieron. dicit, quod Iudas idem adu. d., qui ut leones dentibus frenabant? Diuus Hieron. & Diuus Augu. inquit: Diuus Matth. & D. Marc. poli se numerum pluralem pro singulari: phrasi valde communi in S. scriptura. Tamen ex modo, quo D. Chrysof. locum, huic similem, explicat, deduco aliam rationem, & aio: quod indubie Diuus Marcus proposuerit sibi mille demonum legiones, Iudam circum voltantes, & hos omnes rugientes leones, conspirantes, & dentes exacuentes, contra hanc mulierem, quam diripere, & exspoliare tentabant cum eum res ita se haberet, ut dum mulier esset infamis in ciuitate peccatrix, eam quamquam sicerent, nullus contra eam moueretur; modo vero, dum eam conspiciunt, nauim opulentam, auro charitatis onustam, ipso Arabico puriori, ac lapidibus virtutum preciosissimis, Dei obsequio destinatam, eam occupare & subire contendunt. Et contra tales animas furit Satan, & eo ipso casu, quo præclara gestis opera in Christi honorem exhibere, contra te, collimabit, & omnia sua tormenta, machinas & astus excirabit.

Ob eam rationem D. Hieron. exhortans si. D. Hissiam suam spiritualem Eustochium, quæ sui sollicita viuerebat, valde subtiliter discurre, dicit: *Saloca S. Scriptura allegans, sic ait. Aduersarius noster diabolus, tanquam leo rugiens aliquem deuorare quærens, circummit &c. Non quarit diabolus homines iustos, non eos qui fors sunt. Quorum carnes Rex Assyriorum in olla succendit. De Ecclesia Christi rapere festinat. Etc. eius secundum Habacuc, electa sunt, ut subvertere cupit, & deuorato Iuda, ad cribrandos Apostolos experit potestatem, &c.)* Hinc perspicua tibi erit psalmographi oratio ad Deum. *Custodia animam meam: quoniam sanctus sum. An non Dei custodia magis indiget peccator?*

peccator, & eius gratia est ei multo magis necessaria, utique qui maiori sit expositus periculo? falleris: Nauicula vilis, verusta, vacua, qua indiget custodia? quæ autem diuitis turpida, hæc opus habet, ut ei sedulo inuigilent. Insuper & hæc ob causam clamabat Apollolus, loquens iustis, *Euigilate iusti, & nolite peccare.* An noui satius peccatores hortaretur, ut sibi inuigilent, peccatores inquam, qui peccatorum somno conquiescunt, quos loel propheta his uocibus excitabat. *Expergi seimini ebrii.* Nequaquam; Sed iustos moneo, ut vigilent, ut attendant; diabolus enim in illos iras acuit, illos studet euincere, delicere, superare. hoc enim de illo fatum Deus: *Caput eius in manibus piscatorum,* quem locum cum aliis explicauimus quocirca, qui Dei famulatum præcedis eipso ad arma conclamasti, ad arma contra Satan, ad arma contra cunctam diuis potentiam; & continuo super te decider tentationum imber grauissimus, ita ut etiam Christus, mox, ut baptizatus fuit, & in desertum ad eunium secesserit, cum contra se armatum venire senserit, præcutis configendi iaculis instructum & tribus iisdemque variis tentationibus una post alteram repetitis infestum, quid tibi non faciet? quas non struet insidias quas non machinas adhibebit?

§. 3. *Congreditur, Christus, vera Aquila cum serpente, ut eum nobis confringat, proinde eius victoria nostra est, & modo eum sancti non timent.*

Porro te iam grauitate cerno conterritum, dum ais: si dum Deo seruire propono, & viam caelum versus ingredior, Satan omnes suas vires, & tormenta in me collimabit, quid habeo remedi? Manifestum est, suas meis longe esse superiores, quauo sunt Elephantis, respectu parua musca. Ipse Deus, qui eum optime nouit, utique eius creator, huic ueritati manu sua subscripsit. *Non est potestas super terram qua comparetur ei.* Hinc ei, teste Deo, tanta nascitur superbia, ut eum eundem timeant, ipse uero neminem, *Facit uesset, ut nullum timeret.* Cum hoc ita sit, iam me prostratum reputo, si cunctas contra me vires suas exerat. Benedictus Deus, qui noscam hoc opere confortat imbecillitatem, dum in arenam prodit: hoc enim totum nobis conducit. Quærit D. Thom. An consuetudo fuerit Christum a diabolo tentari?

& responderet, quod sic, idque multis de causis. Prima, ut illum deuinceret, vires eius confringeret, & eum nobis imbecillum proconuinceret, ut nos facili negotio eum superemus. niens fuit Hanc rationem dederunt D. Aug. & D. Gregor. Ch. stum & D. Ioannes Damascen. Hanc spiritum prophetico designat Iob. cui probe nota erat huius a 177. 6. vires inimici. Aduertit D. Gregor. quod uerba hæc Iob e, quæ paulo superius exposuimus, 90. licet uulgata lectio habeat in plurali: *Qui para-b Ho. 16. ti sunt suscitara Lemaham.* Alii legunt in singulari. *Qui habet magnum carum opprimere.* sic L. 3. de cur ea legant D. Ambros. & D. Hieron. Et isti fide ortho-tres opinantur, prophetica esse hæc uerba, quæ do. cap. 20 declarant id quod Christus esset acturus. Patet d. L. 4. 10. omnibus; nomen Leuiathan, seu magni draconis, seu immanis bestiae, idem esse, quo Deus e Iob. 3. 8. ipse loquendo cum Iob descripsit eademo. L. 4. in Lu. nem; Videbat uir hic simplex ac rectus huius L. 2. contra iniuncti stupendas vires, & neminem qui ei resistere, quodque omnes cum eo manus conferere recularent, eius longe superiores vires formidantes. Bene est (ait) ueniet quondam, qui sibi referuauit, eum superare, & ad tales redigere angustias, ut eum confringat, pedibusque conterat. *Qui habet opprimere magnum carum* Hoc hodie Christus impleuit. Prius enim omnes hunc timebant aduersarium; eo quod vires eius integræ vigereat & solida: attamen adest Christus, cum illo decerit, potentia eius ossa comminuit, & deiecit; uelut si leoni omnes contunderentur dentes, & molares eruerentur, & ungues dissecarentur. Ita ut egerit Christus, imitar Imperialis Aquile, impletus id quod præcinerat Moyses. *Sicut Aquila prouocans ad uolandum pullos suos.* Gerit Aquila teste D. Ambros. odium immortale contra Dracones & serpentes. *Aus ista inimica serpentum 32. 11. est.* Addunt Philosophi, quod primum omnium pullos suos edoceat, exhorretet Dracones, & cum eis preliari; quia uero illi tenelli sunt & imbecilles, ipsi uero fortes & graues, hoc agit, primum cum Dracone congreditur, & unguibus ac rostris totum discepit. *Obuocato rostro,* (ait D. Ambros.) *& armatus quasi quibusdam telis, pedibus suis lacerat ac dinellit.* & c. Et iam uiribus delecturum, pullos suis offensa quod nolite pauere, non est enim cur timeatis, cum prostratum & diuulsam habeatis inimicum.

Hoc egit Christus: Confluxit cum tortuoso illo serpente, totum diuulsit ossa comminuit, motes excoxit, & modo nobis ait. *Eia pulli mei,*

I. M. 187.
19.